



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 148. Altera a Synodo rejecta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV. formula vix non iisdem, quibus præce-
A C. 1415. dens, verbis concepta erat, quam tamen
 Constitutione quadam se firmaturum spo-
 pondit.

§. CXLVIII.

Altera Pontificis formula a Synodo rejecta.

In illa duntaxat superaddit, quod judicij
 acta in Pisano Concilio adversus Be-
 nictum & Gregorium instructa innova-
 rentur, novisque augerentur instrumen-
 tis, ita tamen, ut eorum executio usque
 ad tempus pro cessione ipsis praesigen-
 dum suspenderetur, si vero nollent hi duo
 contendentes cedere, secum Imperator &
 Principes, Regum Legati, totumque Con-
 cilium sua studia conferrent adversus eos
 eorumque fautores, atque ipsam mutuo
 tam spiritualibus quam temporalibus au-
 xiliis adjuvarent, verum alteram han-
 declarationem minus adhuc idoneam,
 quam primam censebant Patres, quo-
 niā in illa Joannes, prout in priori fe-
 cerat, denuo Papatu cestirum se promi-
 sisset, ea duntaxat conditione, si ceteri
 duo pariter cederent, insuper causam ad-
 versus utrumque instructam innovari po-
 stulasset. Hinc Nationes alteram quo-
 que formulam rejicientes, Joannem enix-
 rogant, ut amplius magisque distinctum
 cesso-

Saccul. XV.
A.C. 1415.

cessionis exemplar porrigeret. Attamen promissum suum indies procrastinans, hujus cunctationis beneficio multos ex Synodi Patribus in suas partes trahere, sibique conciliare nititur.

§. CXLIX.

Formula III. ab Imperatore Pontifici oblata.

Nec ultra quisquam Joanni cessionem *Vander* suadere audebat, omnes enim aspe- *Hardt tom. 2* ris objurgabat verbis, qui coram ipso hac *p. 238.* de re quicquam memorabant. Nihilominus Nationes tertiam concipiunt formulam, quam ipse met Imperator & non nulli a Concilio Deputati prævia trium Nationum approbatione Pontifici exhibent; hanc tamen ille, quod nimis clara nullisque conditionibus limitata esset, acceptare constanter recusat.

§. CL.

Adventus Deputatorum Academiæ Parisiensis.

Interea, cum omnes Joannem ad Papa- *Hist. Uni-* tus sui cessionem inducere satagerent, *vers. Paris.* opportune Constantiam veniunt Parisien- *tom. V. p.* sis Academiæ Deputati, quorum princeps *275 276.* erat Joannes Gersonius ejusdem Univer- *Laborat.* *Hist. Cur.* sitatis *VI. præf.*